

rem partē intelligi & interpretari : & q̄ nul-
 li liceat secus iudicare, & si ab aliquo sit cōtra-
 attentatū, irritū sit & inane. Vbi declarat priuī-
 legia omnia esse fauores & non odia: & simili-
 ter quod debeant interpretari in ampliōrē &
 fauorabiliorem partem. Pro quo est aduertē-
 dum q̄ in hoc priuilegio particula vna est po-
 sita multum notanda, & quæ in nullo alio po-
 sita est priuilegio, & est illa. Iuxta ampliorem
 &c. Siquidē Iulius. 3. et idem Paulus. 4. in in-
 dulto cōcesso ad instātiā Prædicatorū anno
 sequēti videlicet. 1556. possuit vt priuilegia de-
 beāt intelligi et interpretari in partē fauora-
 biliorē. Quod quidē magnū est, cū per id de-
 claret priuilegia esse fauores & nō odia, et hic
 super addiderat iuxta ampliorem, & fauora-
 biliorē illorum intelligentiam, et interpre-
 tationem. Sic vt non sufficiat priuilegiū in-
 telligere in partē fauorabiliorem : sed etiam
 oportet in ampliorem & extensiorē. Vt si
 sit dubium in priuilegio, & est fauorabile in-
 telligere in vnā partē & in aliā similiter, sed
 in vna est āplior fauor quā in alia, oportet
 intelligere, & interpretari, non solum in par-
 tem fauorabiliorem, sed etiam in ampliō-
 rem, vt detur facultas priuilegium ampliandi
 quan-